

1. Nella prima parte delle *Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig* ecc. edite dal Tafel e dal Thomas (1) è riprodotto da due autografi dell'Archivio di Venezia il seguente documento sotto il titolo: *Obligatio Balduini comitis Flandriae A. D. 1202, m. Octobri.*

\* In nomine Dei eterni. Amen.

In presentia domini Henrici Danduli, dei gratia incliti Venetiarum Ducis et domini Lodovici Blesensis comitis et Clarimontis, mariscalci Campanie et aliorum baronum plurium. Dominus Balduinus comes Flandrie et Hayn. (\*) instituit se debitorem ad faciendum solvi in fera Lignini (\*\*) que prius fieri debet, Markisino Superantio, Petro Juliano, Marino Gradenigo et Luce Arditi nobilibus viris de Venetia vel eorum misso, omni conditione abjecta, marcas sterlinorum — ad rationem de soldis tredecim et denariis quattuor pro marca qualibet argenti — centum et decem et octo et uncias tres. Et ita confessus est se juramento firmasse. Et si non ita servavitor dixit se velle quod dicti viri tantum de bonis hominum terre sue caperent unde sibi predictam pecuniam resarcirent. Rogavitque dictum dominum Ducem ut eis ad hoc suum prestaret auxilium et favorem.

Actum est hoc in tumba sancti Herasmi anno domini MCC secundo mense octubr. indictione sexta.

+ Ego Paternianus Daputheo subdiaconus et notarius interfui rogatus scripsi complevi et roboravi.

+ Ego Pascalis Mauro subdiaconus et notarius sicut vidi in matre ita testificor in filia.

+ Ego Rainerius Dandulo filius domini Henrici Danduli dei gratia Ducis Venetiae vicem eius retinens vidi in matre. Quia iudices non juraverant subscripsi ego.

Ego Paternianus Daputheo subdiaconus et notarius hoc exemplum exemplavi eodem suprascripto anno et mense nec auxi, nec minui, complevi et roboravi . .

(1) *Fontes rerum austriacarum* etc. Zweit. Abteil. Diplom. et Act., XII Band. Urk. ecc. I Th. Wien, 1856, p. 385 sgg.